



REPRODVCTIONS DE GRAVVRES SVR BOIS ENLVMINEES

VENISE·XV·SIECLE

PAR HENRI DE NAVAILLES BANOS.



MDCC CCVII



À Monsieur le Comte Durrieu
avec son plus cordial souvenir.
Vienne juillet 1907.
[illegible]

TRAPEZONTIUS. RHETORICA.

Vindelin de Spire Impr^{r}

Venise 1470

Bibliothèque Nationale



GEORGII TRAPESVNTII VIRI DOCTISSIMI AT/ QVE ELOQVENTISSIMI RHETORICORVM LI/ BER PRIMVS.

CVm mihi in mentem uenit quanta oratorię facultatis tum
utilitas tum dignitas ſit:non poſſum non uehementer dole/
re ꝙ his noſtris tẽporibus nulla fere bonarũ artiũ tã abiecta
atq; contempta habeat᷑.Nam &ſi nonnullę liberaliũ artium
ut geometria:ut arithmetica:& quę huius generis ſunt omnino ab uſu
ceciderunt:ne non multũ eas ad humanitatem ptinere dicam :non ſu/
mus tamẽ in ipſis tantam paſſi iacturam:quantum ĩ hac humanitatis
artium pręclariſſima: maximeq; neceſſaria.Nam in illis quidem ita in
tegra ſubtiliſſimorũ ſcriptorum opera uſq; ad preſens extant:ut nihil
ei deſit qui proficere ĩ eis deſideret niſi ſtudiũ ac diligentia.In hac uero
dicẽdi copia quãto plures ſcriptorum elegãtiſſimi libri a maioribus no
ſtris tã latinis q̃ gręcis relicti ſunt : tãto pauciores uel potius nulli his
pditis temporibus noſtris reperiunt᷑.Quod ſiue negligentia omnium
ſiue eorum qui docent : quiq; orationis copiam profitentur ignorantia
quadam aut perfidia factũ ſit:unuſquiſq; per ſeipſum conſideret. Ego
id exiſtimo niſi bertolini:allani:aliorũq; huiuſmodi libros:neſcio an ſa
tis utiles tranſcribere ab his:qui docent coacta eſſet poſteritas: aut loco
harum nugarum bonorũ auctorum opera inuenirentur:aut ſaltem au/
ditores non ĩbuti his delirationibus nudos animos ad humanitatis do
ctrinas facilius applicarent : quibus nihil unq̃ utilius:nihil dignius hõi
a patre hominũq; deorũq; tributum eſt. Nam philoſophia quidẽ qua
omnes liberales artes continentur:ſi dicendi ſuauitate priuata ſit:omnẽ
orationis grauitatẽ infringit atq; concindit:totumq; ingenii ſuccũ aſpe
ritate imbibit nimia.Qꝫ ſi omnes mutum eſſe ſummũ ĩcommodũ ar/
bitrantur(carere enim omni humãitate profecto uidetur qui loqui nõ
poteſt)certe & male loqui Id uero ſummo ĩcõmodo humanitatiſq; pri/
uationi ꝓximũ ẽ. Quare poſſe tẽporibus: locis:pſonis:cauſis:rebus: or/
nate:diſtincte: copioſe:atq; prudenter orationẽ accõmodare:quod hui9
artis officiũ eſt:non paruę felicitatis extimauerim.Quãtus uero bonor
laus:dignitas in eos qui copiam dicẽdi adepti ſunt confluat : quę emo
lumenta:quę commoda homines eloquentia conſequant᷑:nemo facile
poterit explicare.Nam & patriam fundare legibus:tutari conſiliis:ſen/
tentiiſq; ſuis amplificare diſertus poterit:& amicis pręſidio:& ſuis or/
namento futurus eſt.pręterea ĩimicis timorem:hoſtibus terrorem ĩcuti
et.Quod macedonũ reges: quũ clariſſimos oratores ab athenienſibus
peterent:ut facilius denudatã cuſtodibus urbem opprimere poſſent:ita
eſſe declararũt:neq; nos terret quod a nonnullis ignorantia dicit᷑ orati

QUINTE CURCE.

Vindelin de Spire Impr^{r}

Venise 1470

Bibliothèque de M. le Prince d'Essling



INTER hęc Alexander ad cõducẽdũ
ex peloponeſo militem Cleãdro cum pe
cunia miſſo:lytie pamphilięq; rebus cõ/
poſitis:ad urbẽ celenas exercitũ admo/
uit.Media illa tempeſtate moenia inter
fluebat Marſus amnis fabuloſis gręco/
rum carminibus inclytus,fons eius ex ſũ
mo montis cacumine excurrens: in ſub/
iectam petram magno ſtrepitu aquarum cadit, In
de diffuſus circumiectos rigat campos: liquidus,et
ſuas duntaxat undas trahens.Itaq; color eius placi/
do mari ſimilis: locum poetarum mendacio fecit.
Quippe traditum eſt :nymphas amore amnis retẽ/
tas,in illa rupe conſidere .Cęterum q̃diu ĩtra muros
fluit,nomen ſuum retinet.At cum extra munimen
ta ſe euoluit :maiore ui:ac molle agentem undas ;ly
cum appellant.Alexander quidem urbem deſtitutã
a ſuis intrat.Arcem uero:in quam confugerãt,oppu
gnare adorſus,Caduceatorẽ pręmiſit :qui denuntia
ret,ni dederent: ipſos ultima eſſe paſſuros .Illi cadu
ceatorem ĩ turrim et ſitu et ope multum editã, pdu
ctum:quanta eſſet altitudo intueri iubent:ac nunti/
are alexandro:non eadem ipſum:et incolas extimati
one munimenta metiri :ſe ſcire inexpugnabiles eẽ:
ad ultimum pro fide morituros .Cęterum,ut circũ/
ſideri arcem et omnia ſibi indies arctiora uiderunt
eſſe :ſexaginta dierum indutias pacti:ut niſi ĩtra eos
auxilium Darius ipſe miſiſſet :dederent urbẽ.Poſtq̃
nihil inde pręſidii mittebatur ad pręſtitutam diem



TITE LIVE.

Venise 1470

Bibliothèque Nationale





ONSVLES PRAETORESQVE CVM Idibus martiis Magistratū inissēt: Prouītias sortiti sūt. P. Lētulo Italia. P. Iulio Macedonia. Pretoribus L. Quītio urbana. C. Bebio Ariminū. L. Valerio Sicilia. L. Iulio Sardinia: euenit. Lētulus Cōsul nouas legiones scribere iussus. Iulius a Procōsule Sulpitio exercitū accipere: ī supplemētū eius: q̃ntū militū uideret̃: ut scriberet: Ipsi pmissū. Pretori Bebio: legiones q̄s. C. Aurelius Cōsul habuisset ita decrete:



VM IN ASIA BELLVM GERITVR: ne in Aetolia qdē: quiete res fuerant. principio a gente Athamanū orto. Athamani ea tēpestate pulso Aminādro sub Prefectis Philippi Regio tenebantur presidio qui superbo ac in modico īperio desiderium Aminādri fecerant. Exulāti tū Aminādro in Aetolia: litteris suoꝝ indicantium statū Athamanie spes recuperandi Regni facta est. remissiq; ab eo nuntiant Prīcipibus Argithcā. id enī caput Athamanie erat. si popularium animos satis perspectos haberēt:



Nnus hic erit insignis noui homīs Consulatu: insignis nouis duobus Magistratibus Pretura: & Curruli Aedilitate. hos sibi Patritii quesiuere honores ꝑ cōcesso Plebi altero Consulatu. Plebes consulatum. L. Sextio cuius lege partus erat dedit. Patres Preturam. Sp. Furio. M. Filio Camillo. Aedilitatem. Cn. Quītio Capitolino & P. Cornelio Scipioni suaꝝ gentium uiris: gratia campestri caeperut. L. Sextio collega ex Prībus datus. L. Aemilius Mamercus Prīcipio



Genutio. Ser. Cornelio Cōsulibus Ab externis ferme bellis Ocium fuit. Soram atq; Albam Coloniae deducte Albā in equos sex milia Colonorū scripta. Sora agri Volsci fuerat. sed possederant Sānites Eo quatuor milia hominum missa Eodem anno arpinatibus Trebulanisq; ciuitas data Frusinates tertia parte agri dānati: ꝙ Hernicos ab eis sollicitatos: conpertum capitaq; cōiurationis eius questione ab Cōsulibus ex senatus Cōsulto habita uirgis caesi ac securi percussi Tamē ne prorsus imbellem gereret

TITE LIVE.
Venise 1470
Bibliothèque Nationale









TITE LIVE. DECADES.
Vindelin de Spire Impr[t]
Venise 1470

Bibliothèque Corsini



T. Liuij Patauini Historici ab urbe condita Decadis primae Liber primus.



ACTVRVS NE SIM OPERAEPREciũ: ſi a primordio urbis res populi romani pſcripſeri: nec ſatis ſcio: nec ſi ſciam: dicere auſim. Quippe qui cum ueterem: tum uulgatam eſſe rem uideam: dũ noui ſemper ſcriptores aut ĩ rebus certius allaturos aliquid ſe: aut ſcribendi arte rudem uetuſtatem ſuperaturos credunt. Vtcunq; erit: iuuabit tamen rerum geſtarum memorię pricipis terrarum populi pro uirili parte & me ipſum cõſuluiſſe. Et ſi in tata ſcriptorum turba mea fama in obſcuro ſit: nobilitate: ac magnitudĩe eorum: qui nomini officient meo: me conſoler. res eſt. pręterea: & immenſi operis: ut quę ſupra ſeptingenteſimum annum repetatur: & quę ab exiguis profecta initiis eo creuerit: ut iam magnitudine labor& ſua. & legẽtium pleriſq; baud dubito quĩ primę origines: & proxĩa originibus: minus prębitura uoluptatiſ ſint feſtinantibus ad bęc noua: quibus iampridem pręualẽtis populi uires ſe ipſę conficiunt. Ego cõtra boc quoq; laboris premium petã: ut me a cõſpectu malorum: quę noſtra per tot annos uidit ętas: tantiſper certe: dum priſca illa rora mẽte repeto: auertã Oĩs expers cure: quę ſcribẽtis animũ: etſi nõ flectere a uero: ſollicitum tamen efficere poſſet. Quę ante conditam condendamue urbem poeticis magis decora fabulis: q̃ incorruptis rerum geſtarum monumentis tradunt: ea nec affirmare: nec refellere: in animo eſt. datur bęc uenia antiquitati. ut miſcendo bumana diuinis primordia urbium auguſtiora faciat. Et ſi cui populo licere oportet conſecrare origines ſuas. et ad deos referre auctores ea belb gloria eſt populo romano: ut cum ſuum: conditoriſq; ſui parentem Martem potiſſimum ferat: tam boc gentes bumanę patiantur ęquo animo: q̃ imperium patiuntur. Sed bęc: & bis ſimilia: utcunq; aĩaduerſa aut ęſtimata erunt. baud equidem in magno ponam diſcrimĩe. Ad illa mibi pro ſe quiſq; acriter intendat animum: quę uita: qui mores fuerint: per quos uiros: quibuſq; artibus domi: militięq; & pa tum & auctum imperium ſit. labente deinde paulatim diſciplina: uelut diſſidentis primo inores ſequatur animo. Deinde ut magis: magiſque lapſi ſint: tum ire coeperint praecipites: donec ad bęc tempora: quibus nec uitia noſtra: nec remedia pati poſſumus peruentum eſt. Hoc illud eſt pręcipue in cognitione rez ſalubre: ac frugifez: omnis te exempli documenta in illuſtri poſna monumento itueri. Inde tibi tuęque reipublicę quod imitere: capias. Inde foedum inceptu: foedum exitu quod uites. Cęterum: aut me amor negotii ſuſcepti fallit: aut nulla unq̃ reſp. nec maior: nec ſanctior: nec bonis exemplis ditior fuit: nec in quam tam ſero auaritia: luxuriaq; immigrauerint. nec ubi tantus: ac tam diu paupertati: ac pſimonię bonos fuerit. adeo q̃to rez minus tãto mĩus cupiditatis erat. Nup diuitiae auaritiam: et abundantes uoluptates deſyderium per luxum atque libidinem pereundi: perdendiq; omnia inuexere. Sed querelę ne tum quidem gratę futurę: cum forſitan neceſſarię erunt: ab initio certe tantę ordiendae rei abſint. cum bonis potius ominibus: uotiſq; ac precationibus deorũ: dearũq; ſi ut poetis: nobis quoque mos eſſ&: libentius inciperemus: ut orſis tanti operis ſucceſſus proſperos darent.



TITE LIVE. DECADES.

Venise 1471

Bibliothèque Chigi



T. LIVII. PATAVINI. HISTORICI. AB VR-
BE. CONDITA. DECADIS. PRIMAE. LI-
BER. PRIMVS. INCIPIT.



ACTVRVS NE SIM OPERAEPRECiū i
ſi a primordio urbis res populi romani pſcripſeri:
nec ſatis ſcio: nec ſi ſciam: dicere auſim. Quippe qui
cum ueterem: tum uulgatam eſſe rem uideam: dū
noui ſemper ſcriptores aut ī rebus certius allaturos
aliquid ſe: aut ſcribendi arti .udem uetuſtatem
ſuperaturos credunt. Vtcunq; erit: iuuabit tamen
rerum geſtarum memorię pricipis terrarum populi
pro uirili parte & me ipſum cōſuluiſſe Et ſi in tāta
ſcriptorum turba mea fama in obſcuro ſit nobilitate: ac magnitudīe eorum:
qui nomini officient meo: me conſoler. res eſt pręterea: & immenſi operis:
ut quę ſupra ſeptingenteſimum annum repetatur: & quę ab exiguis profecta
initiis eo creuerit: ut iam magnitudine laboret ſua. & legētium pleriſq; haud
dubito quī primę origines: & proxīa originibus: minus prębitura uolūptatiſ
ſint feſtinantibus ad hęc noua: quibus iampridem prępualētis populi uires ſe
ipſę conficiunt. Ego cōtra hoc quoq; laboris premium petā; ut me a cōſpectu
malorum: quę noſtra per tot annos uidit ętas: tantiſper certe: dum priſca illa
tota mēte repeto: auertā Oīs expers curę: quę ſcribētis animū: etſi nō flectere
a uero: ſollicitum tamen efficere poſſet. Quę ante conditam condendamue
urbem poeticis magis decora fabulis: q̄ incorruptis rerum geſtarum monu-
mentis traduntᷣ: ea nec affirmare: nec refellere: in animo eſt. datur hęc uenia
antiquitati. ut miſcendo humana diuinis primordia urbium auguſtiora
faciat. Et ſi cui populo licere oportet conſecrare origines ſuas. et ad deos re-
ferre auctores ea belli gloria eſt populo romano: ut cum ſuum: conditoriſq;
ſui parentem Martem potiſſimum ferat: tam hoc gentes humanę patiantur
ęquo animo: q̄ imperium patiuntur. Sed hęc: & his ſimilia: utcunq; aīaduerſa
aut ęſtimata erunt. haud equidem in magno ponam diſcrimie. Ad illa mihi
pro ſe quiſq; acriter intendat animum: quę uita: qui mores fuerint: per quos
uiros. quibuſq; artibus domi: militięq; & partum & auctum imperium ſit.
labente deinde paulatim diſciplina: uelut diſſidentis primo mores ſequatur
animo. Deinde ut magis: magiſque lapſi ſint: tum ire coeperint praecipites:
donec ad hęc tempora: quibus nec uitia noſtra: nec remedia pati poſſumus
peruentum eſt. Hoc illud eſt pręcipue in cognitione rerꝫ ſalubre: ac frugiferꝫ:
omnis te exempli documenta in illuſtri poſita monumento īuerī. Inde tibi
tuęque reipublicę quod imitere: capias. Inde foedum inceptu: foedum exitu
quod uites. Cęterum: aut me amor negotii ſuſcepti fallit: aut nulla unq̄ reſp.
nec maior: nec ſanctior: nec bonis exemplis ditior fuit: nec in quam tam ſero
auaritia: luxuriaq; immigrauerint. nec ubi tantus: ac tam diu paupertati: ac
pſimonię honos fuerit. adeo q̄to rerꝫ minus tāto mīus cupiditatis erat. Nup
diuitiae auaritiam: et abundantes uoluptates deſyderium per luxum atque
libidinem pereundi: perdendiq; omnia inuexere. Sed querelę ne tum quidem
gratę futurę: cum forſitan neceſſarię erunt: ab initio certe tantę ordiendae rei
abſint. cum bonis potius ominibus: uotiſq; ac precationibus deorū: dearūq;
ſi ut poetis: nobis quoque mos eſſ&: libentius inciperemus: ut orſis tanti
operis ſucceſſus proſperos darent.

CICERON. EPISTOLÆ FAMILIARES.
Nicolas Jenson Impr[t]
Venise 1471
Bibliothèque Nationale



M. TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM FAMILIARIVM LIBER PRIMVS INCIPIT AD LENTVLVM PROCONSVLEM.

M.T.C.Lentulo Proconsuli Salutem Dicit.

Go omni officio ac potius pietate erga te cæteris satisfacio omnibus: mihi ipse nūq̄ satisfacio. Tanta enim magnitudo est tuorum erga me meritorum: ut quoniam tu nisi pfecta re de me nō conquiesti: ego quia nō idē in tua causa efficio: uitam mihi esse acerbam putem. In causa hæc sunt. Hammonius regis legatus aperte pecunia nos oppugnat. Res agit' per eosdē creditores: per quos cū tu aderas agebatur. Regis causa si qui sunt qui uelint: qui pauci sunt: omnes rē ad Pompeium deferri uolunt. Senatus religionis calūniam non religione sed maliuolētia: & illius regiæ largitionis inuidia cōprobat. Pompeium & hortari & orare & iā liberius accusare & monere: ut magnam infamiā fugiat: non desistimus. Sed plane nec precibus nostris nec admonitionibus reliquit locum. Nam cum in sermone quotidiano tum in senatu palam sic egit causam tuam: ut neq; eloquentia maiore quisq̄: neq; grauitate: nec studio: nec contentione agere potuerit cum summa testificatione tuorū in se officiorū & amoris erga se tui. Marcellinum tibi esse iratum scis. Is hac regia causa excepta cæteris in rebus se acerrimum tui defensorem fore ostendit. Quod dat accipimus. Quod instituit referre de religione & sæpe iam rettulit: ab eo deduci non potest. Res ante idus acta sic est. Nam hæc idibus mane scripsi. Hortensii & mea & Luculli sentētia cedit religioni de exercitu. Teneri enim res aliter non potest. Sed ex illo senatusconsulto quod te referente factū



PÉTRARQUE.

Venise 1472

Bibliothèque Corsini




OI CHASCOLTATE IN
RIME SPARSE IL SONO
DI Q VEI SOSPIRI ON
DIO NVTRIVA IL CORE

In ſul mio primo giouenile errore
Quādo era ī parte altro huom da quel chi ſono
D el uario ſtile ī chio piāgo & ragiono
Fra le uane ſperanze el uan dolore
Oue ſia chi per proua intenda amore
Spero trouar pieta non che perdono
M a ben ueggio hor ſi come al popol tutto
Fauola fui gran tempo onde ſouente
Di me medeſmo meco mi uergogno
E del mio uaneggiar uergogna e il frutto
El pentirſi el conoſcer chiaramente
Che quanto piace al mondo e breue ſogno

P Er far una ligiadra ſua uendetta
Et punire in un di ben mille offeſe
Celatamente amor larco ripreſe
Come huom cha nocer luoco et tempo aſpecta
E ra la mia uirtute al cor riſtretta
Per far iui nelgliocchi ſue difeſe
Quandol colpo mortal la giu diſceſe
Oue ſolea ſpuntarſi ogni ſaetta
P ero turbata nel primiero aſſalto
Non hebbe tanto ne uigor ne ſpatio
Che poteſſe al biſogno prender larme.
O uero al poggio faticoſo & alto
Ritrarmi accortamente dalo ſtrazio
Dal qual oggi uorebbe & nō po aitarme






GETTY CENTER LIBRARY
3 3125 00026 9163

